



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Regula Sancti Patris Benedicti

Benedikt <Montecassino, Abt, Heiliger>

Moguntiae, 1604

XX. De modo quo Diffinitores expediant.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64533](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64533)

si quæ sunt, ad Diffinitores à Monialibus mis-
sa, aut aliter dicta Monasteria Monialiū con-
cernentes. Hoc etiam prouiso, quod si Præ-
latus qui curam habet dicti Monasterii, aut
eius Consanguineum vsque ad secundū gra-
dum contingeret esse Diffinitorem, eo casu
exeat Diffinitorium, prout etiam fit in exami-
natione Monasteriorum suorum. Deinde vo-
cetur Prælatus, & cætera vt supra.

*De modo, quo Diffinitores expediant
terminanda. CAP. XX.*

EXPEDITA itaque Monasteriorum exa-
minatione, Præsides Capituli, quem
volumus esse promotorem omnium causa-
rum: ita tamen quod ipse tam Capituli, quā
etiam Regiminis Præsides teneatur quæcū-
que præponere, super quibus ab aliquo Diffi-
nitorum fuerit requisitus: omnia quæ nota-
ta sunt, per Scribam in medium diffinienda
seriatim & successiue producat.

2. Et incipiens à nouissimis vsque ad primos
sciscitetur vota vniuscuiusque, vltimo ipse di-
cturus. Et vno loquente cæteri taceant. Si
quem verò deprehenderit in dicendo proli-
xiorem, extra materiam vagari: moneat eum,
vt exponat votum suum paucis verbis, & ad
rem pertinentibus.

3. Omnibus verò auditis, illa opinio in qua
duæ partes conuenerint Diffinitorum cen-

seatur ab omnibus diffinita. Scribantur autem terminata à Diffinitoribus in margine foliorum petitionum, Abbatū, siue Conventualium per Scribam, è regione petitionum per capita summarie, prout supra adnotatum est, capitulo decimoquinto, de electione Scribæ.

4 Post hæc verò Diffinitores legi faciant Ordinationes præteriti Capituli, & similes quæ fuerint ordinata, Per patrem Præfatum, Regimen aut Visitatores intra annum, & iudicio duarum partium, vel approbentur vel reuocentur.

5 Quæ autem de nouo, tunc ordinata fuerint seu terminata, seruentur quidem, sed regitentur, aut redigantur in Ordinationibus, nisi per annum prædicta fuerint, & sequens Capitulum confirmata.

6 Nouæ autem Ordinationes non facile modò fiant, nisi cum grauitate maxima & maturitate, & non nisi ex vrgentissima causa. Propterea ordinamus quod si quæ antedò Ordinationes faciendæ sunt, postquam fuerint à Patribus Diffinitoribus formatae, per suffragia approbatæ exhibeantur: & relinquuntur per aliquod tempus Prælatibus omnibus considerandæ. Quibus postea conciliatis, legantur sigillatim per Scribam, aut Diffinitores mandauerint: & quæ à duabus partibus dictorum Prælatorum pari voto approbatæ fuerint, Patres Diffinitores per Scribam faciant publicari, sequenti anno publicari.

practicandas, & futuro proximo Capitulo modo quo supra, & duabus Prælatorum partibus approbandas, & confirmandas: quæ deinceps nõ valeant nisi eodem modo quo confirmatæ fuerint reuocari.

7 Terminata verò per anteriora Capitula nolimus qualibet facilitate reuocari; sed si quæ in dubium adduci contigerit, per subsequens Capitulum minimè reuocata, nullatenus proponantur examinanda, nisi de consensu duarum partium Diffinitorum: quæ tamen, ex toto vel in parte reuocari non poterunt, nisi ex nouem Diffinitoribus ad minus octo consenserint. Et quotiescunque aliquid antea, per patrum Decreta ordinatum alterari quacunque de causa contigerit, in Decreto posteriori fiat mentio Decreti prioris. Alioquin Decretum posterius nullum sit, & Decretum prius in suo robore permaneat.

De calculo expensarum. CAP. XXI.

POST examinationem Monasteriorum, ante tamen nouorū Officialium, & Prælatorum electionē, Ordinamus quod Diffinitores videant computa Congregationis per Auditores causarum approbata, & per Depositarium adnotata. Ac calculum expensarum anno proximo præterito nomine Congregationis facturum, tam per Præsidentem, & Visitatores, quam etiam alios nomine Congregationis, quacunque ex causa, nec